vel potiori forma facere ac inscribere, sub damnis terribus
eisdem Martino et Rafaeli Liczkom ipsorumque posteris
praefatum Martinum Liczko successoresque eius occasione praemissorum
tonus quoniam opus fuerit ad simplicem verbi assertionem ipsorum
Martini et Rafaelis Liczkow suorumque successorum sine
corporali iuramento succumbendo, hac sua praesentia inscriptione mediante

Glowa inscribit se Porndenski

Comparens personaliter coram officio et acta praesentibus Castri Premisliensis Ge-
nerosus Stanislaus Glowa de Nowosielce Rhudo a tribus et di-
strictibus foroque suis quibusvis propriis. Et secum bonis successoribusque
suis huic iurisdictioni praesenti Castri Premisliensis quo ad actum huiusmodi incor-
poratum et subiicientem sanus mente et corpore exemplo publice palam
per expressumque recognovit quoniam prout in proximo praeterit
terminis Castri Premisliensis bannitionem quandam nullo decreto asse-
curat iudicii per Ministerium terrae Premisliensis providi Albertus Sochaczewski
de Premislia quasi ad instantiam sui Generosus Joannes Porndenski
esset bannitus publicari et proclamari erronee et indebite pro-
curavit et fecit, Extunc in manus eiusdem Porndenski innocenter pro-
clamati, per eundem Ministerium vel in defectu eiusdem per quempi-
am alium quem sibi conducere poterit in proximo futurus ter-
minis Castri Premisliensis in Castro Premisliensi proxime celebrandi
publice reclamari. Et ad notitiam omnibus ipsum esse innocenter ex man-
dato eius proclamatum deduci. Et hoc sub vadio octingentorum
florenorum pecuniae communis monetae et nunc polonicae eidem Porndenski veleris suc-
cessoribus ob non impletionem pro die et tempore supra expressis
ad solvendum virtute solius praesentis inscriptionis nullo decreto iudici-
ali ad id assecuti fuit, inscribit se et suos successores, Et hanc
inscriptionem praesentem ex his actis Castri Premisliensis ad acta terrae
Premisliensis ad primos et proximos terminos terrae Premisliensis
seu ad primam et proximam eorundem actorum terrae Premisliensis
positionem transferre et transportare inducere quoque tenetur et se
obligat cum suis successoribus, sub alio simili et speciali vadio
octingentorum florenorum pecuniae monetae polonicae. Pro quibusquidem

solutionem vadio seu vadiis praefatis recognoscens vel eius successores per
eundem Porndenski vel eius successores ad officium Castri Capita-
nealis Premisliensis. Cui se actis praesentibus respectum cum omnibus
bonis ac successoribus subiicit et incorporat, citatus vel citati
Extunc in primo termino uti peremptorio stare parere et lo-
co responsionis satisfacere pro praemissis vel solutione
vadii cum suis successoribus tenetur. Illum primum terminum et alios
subsequentes terminos solutionemque vadii et vadiorum nulla re ex-
quisita nec colore excogitato neque indulto neque extraindulto
vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori, dilatione
ad quietem quam ad acta praesentia tantum obtingi poterit, legali-
bus quibusvis impedimentis, servitio Reipublicae, legatione intra et
extra regnum, expeditione bellica, incursu hostium, aura pe-
stifera, inundatione aquarum. Nec illa clausula evadendi va-
dium quod non feci faciam et facere me offerro, Poena trium Marcarum
et tertiae poenae, insufficientia citationis et citationum. Concitationum
ac innotescentia inscriptionisque praesentis intempestiva possessione citationis
ac ignorantia processus eorundem positionem. Nec non statutionem Municipalis
qui citationem possidebit, ignorantia processus ac lucri iuramento
corporali comprobare volens non evadendi Cabrinnarum, Insuper
Motionibus Appellationibus et earum persecutionibus, Evasionibus praescri-
ptionibus non prosecutionibus causae intra fatalia iuris, non trans-
portationibus inscriptionis praesentis intra decursum unius anni statutum
laudat et laudavit, nunc quicquid sibi in anxilium vellet re-
cipere vel eius successores vellet, semotis omnibus controversiis
in iure fieri solitis, eo toto causa sua perdere et amittere de-
bet et debet, ubi et in primo termino potuerit praefatus Po-
rndenski vel eius successores eundem recognoscendi vel eius suc-
cessores non obstante praesentia illius vel procuratoris eius in lu-
cro conducere. Ad quae omnia praemissa se successores ac bona sua
omnia implendum et exequendum inscribit et onerat praesentem sua
recognitione mediante. Quod Memoriale firmatum est